78/

SAC

CA

BE

MA

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMO AC RMO DOMINO

CARD. ALOYSIO OREGLIA A SANCTO STEPHANO

RELATORE

MARIANOPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

MARGARITÆ BOURGEOYS

FUNDATRICIS CONGREGATIONIS

SORORUM NOSTRAE DOMINÆ

POSITIO

SUPER NON CULTU

TYPIS VATICANIS ANNO 1881.

MARIANOPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

MARGARITAE BOURGEOYS

FUNDATRICIS CONGREGATIONIS

SORORUM NOSTRAE DOMINAE

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An Sententia Judicis delegati ab Episcopo Marianopolitano super cultu praefatae Ven. Servae Dei nullatenus exhibito, seu super obedientia decretis sa. me. Urbani Papae VIII. sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?

Eme. ac Rme. Domine

1. A decretis sa. me. Urbani VIII. statutum est, et a Sacro hoc Ordine constanter servatum, ut transitus fieri nequeat ad discussionem virtutum et miraculorum alicujus Servi Dei, cujus Causae Beatificationis et Canonizationis impetrata jam sit Commissio, nisi prius doceatur de cultu publico ecclesiastico numquam exhibito eidem V. S. D. de

quo Causa disceptatur. Quamobrem solertissimi Postulatoris cura ad id intendit statim ac SSmus D. N. Leo XIII, quem Deus Ecclesiae suae et publicae rei bono diu sospitet, propria manu Commissionem introductionis Causae S. D. Margaritae Bourgeoys die 18. Decembris anni 1878. signare dignatus est, praevio hujus Sac. Ordinis consulto edito in vaticanis aedibus die septima ejusdem mensis et anni (1). Postulator propterea decretum obtinuit die 13. Martii anni 1879. concessionis scilicet Litterarum Remissorialium pro conficiendo Apostolico Processu super Non-Cultu (2), ut quam citius, Deo favente, transitus fieri possit ad discussionem virtutum et miraculorum hujus Venerabilis Dei Famulae, cujus egregia charitatis opera adhuc penes christifideles in benedictione sunt.

2. Apostolico hoc Processu Marianopoli confecto ac Romam allato, disputatio hodie instituitur super paritione decretis Urbani VIII. In primis vero, pro more institutoque nostro, ab istius validitate exordium ducimus.

CAP. I.

De Validitate Processus.

3. Tanta sedulitate ac disciplina, juxta Remissoriales Litteras, Processus hic exaratus est, ut nihil certe amplius desiderari queat. Causae enim Postulator Rev. D. Andreas Nercam, qui legitimo procurationis mandato pollebat (3), supplicem libellum Rmo. Episcopo Marianopolitano porrexit ad effectum construendi Apostolicum Processum super cultu nullatenus exhibito Ven. Servae Dei Margaritae Bourgeoys juxta praescripta in Remissorialibus Litteris quas ipsi tradidit (4). Rmus Episcopus

(1) Summ. Num. I. pag. 1. §. 1.
(2) Summ. Num. II. pag. 7. §. 3.
(3) Summ. Num. III. pag. 20. §. 1.
(4) Summ. Num. III. pag. 21. §. 2.

supplicem Postulatoris libellum excepit (1), et, facultate utens Judicem subdelegandi, elegit ad hoc munus Rev. D. Hippolitum Moreau Vicarium suum generalem (2). Ambo juramentum rite praestiterunt (3), atque, hisce peractis, Rev. Postulator, coram Episcopo et Judice subdelegato nec non Promotore Fiscali Rev. D. Isidoro Gravel jam citato, alterum plicum exhibuit Litterarum scilicet R. P. D. Fidei Promotoris Romae (4). Hinc, juxta praescripta in his Litteris, alter deputatus est in Fidei Sub-Promotorem, nempe R. D. Joseph Lauzon (5), qui, una cum praefato Promotore Fiscali, munus suum acceptavit, atque ambo juramentum praestiterunt (6).

4. Deinde Rev. Postulator institit pro deputatione Notarii ecclesiastici ad acta Processus conscribenda, et pro deputatione Cursoris ad effectum exequendi citationes, nec non pro destinatione dierum et horarum atque loci pro audientia ac testium examine (7). Deputatus hinc fuit in Notarium Actuarium R. D. Teleesphorum Harel Notarium ecclesiasticum, et in Cursorem D. Anselmum Le Vallois accolytum, qui pariter rite jurarunt de fideliter exercendo munere et secreto servando (8). Destinati denique fuerunt dies, horae et locus pro audientiis et testium examinibus (9). Postulator autem notulam Testium examinandorum ac Articulos exhibuit (10). At Fidei Promotores protestati sunt non esse deveniendum ad examina Testium super Articulis nisi prius illi super Interrogatoriis, juxta praescriptiones Litterarum Remissorialium, examinati fuerint, praestito prius a

---

(1) Summ. sup. cit. pg. 22. §. 3.
(2) Summ. sup. cit. pg. 23. §. 5.
(3) Summ. sup. cit. pg. 24. §. 9. et 10.
(4) Summ. sup. cit. pg. 25. §. 11.
(5) Summ. sup. cit. pg. 26. §. 13.
(6) Summ. sup. cit. pg. 27. §. 14. 15. 16.
(7) Summ. sup. cit. pg. 28. §. 18.
(8) Summ. sup. cit. pg. 29. 30. §. 20. 21. 22. 23.
(9) Summ. sup. cit. pg. 30. §. 24.
(10) Process. fol. 54.

Postulatore juramento de calumnia (1); quod hic rite exequutus est (2).

5. Quinque inducti fuerunt a Postulatore Testes omni exceptione majores, et duo *ex officio* a Judice vocati; qui omnes rite citati, et juramento praestito, primum super Interrogatoriis, deinde super Articulis examini subiecti sunt (3). Inquisitum autem fuit circa locum sepulchri V. S. D. Margaritae Bourgeoys (4). Visitatio praeterea facta est tam in ecclesia B. M. V. de Pietate, quam in ejusdem ecclesiae subterraneo, ubi in praesentiarum corpus V. S. D. jacet, aliis etiam de officio Testibus auditis (5). Exinde inquisitum est quoad locum in quo reliquiae cordis V. S. D. repositae sunt (6). Denique a Judice subdelegato lata fuit Sententia (7).

6. Quantam solertiam delegatus Judex adhibuit in hujus Processus constructione, tam ex Litteris Rm̃i. Episcopi Marianopolitani ad S. R. C. (8), quam ex iis ejusdem Judicis infertur, in qua praescriptiones omnes, juxta Remissoriales Litteras, ad Processum conficiendum omnino servatae apparent (9). Quod pariter ex Litteris Sub-Promotorum ad Promotorem Fidei Romae luculentissime evincitur (10).

7. Quae cum ita sint, nil aliud superest quam videre utrum ex iis quae gesta sunt, probetur obedientia praestita decretis sa. me. Urbani Papae VIII. ideoque an a subdelegato Judice lata Sententia hujus Sac. Ordinis confirmationem mereatur: quod mox expendemus.

---

(1) Process. fol. 55.
(2) Summ. Num. III. pg. 31. §. 26.
(3) Summ. Num. IV. — Vide tabellam testium pg. 33.
(4) Summ. Num. VI pg. 75. et seqq. §. 1. et seqq.
(5) Summ. Num. VII. pag. 81. et seqq. §. 1. et seqq.
(6) Summ. Num. VIII. pag. 85. et seqq. §. 1. et seqq.
(7) Snmm. Num. IX. pg. 89. et seqq. §. 1.
(8) Summ. Num. X. pg. 90. §. 1.
(9) Summ. Num. XI. pg. 91. §. 1.
(10) Summ. Num. XII. pg. 92. §. 1.

CAP. II.

De relevantia Processus.

8. Testes in Processu examinati dissimulare minime potuerunt nomen ac memoriam Ven. Margaritae Bourgeoys in beneditione esse, eamdemque maxima sanctitatis fama pollere; verum omnes pariter testimonium perhibent hanc fidelium observantiam erga ipsam Venerabilem numquam in publicum et ecclesiasticum cultum degenerasse. Jam vero supremum illa clausit diem in osculo Domini 12. Januarii anno 1700. (1), atque ingens quidem populi concursus fuit ad ejus funus, sed nullus publici et ecclesiastici cultus actus supervenit: « Quanto vi era di rimarchevole in fatto di per- « sone a Ville-Marie trovavasi là, tutti vi anda- « vano per riconoscenza. Non si fece niente di « più di ciò che si fa per gli altri fedeli. » (2). Ejus exuviae translatae fuerunt anno 1766. e paroeciali ecclesia in sacellum Communitatis Sororum Nostrae Dominae et sub terra depositae « al « lato dell' Evangelo, in terra » et anno 1823. denuo translatae in sepulchrum Antistitarum Communitatis « alla testa della fila delle Superiore » (3). Anno vero 1856. occasione demolitionis sacelli, repertum V. S. D. corpus, depositum est in aula Communitatis, sed absque ulla cultus significatione (4). Denique anno 1870. reliquiae corporis, episcopali auctoritate, in ecclesiam B. M. V. de Pietate translatae sunt, ubi adhuc hodie in sepulchro custodiuntur absquè ullo cultus signo (5).

9. Cor Venerabilis Servae Dei, post ejus obitum Sororibus Congregationis concessum, ab initio in pariete aulae Communitatis collocatum est; sed

---

(1) Summ. Num. V. tit. 1. pag. 40. n. 22. alibique passim.
(2) Ibid. Num. 5. tit. 2. pag. 58. §. 4. — pag. 59. §. 10. — pag. 61. §. 20. et alibi.
(3) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 62. §. 23. 24. alibique.
(4) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 63. §. 25.
(5) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 63. §. 26. et alibi.

anno 1768. occasione incendii Communitatis, ipsius cineres collectae fuere, et intra argenteum cor custoditae, quod in Communitatis aula servatur: « chiuso in una custodia, nella sala della « Communità » (1). Hac in aula antiquitus imago erat V. S. D. sed ecclesiasticae auctoritatis consilio sublata est: « l' abbiamo tolta, e di poi « non v' è n' è stata più alcuna » (2); pariterque sublatae etiam fuerunt lampades quae erant ante statuam B. M. V. quia subter cineres cordis erant Ven. S. D. atque inhibita etiam fuit cereorum accensio (3). Moniales autem fidem perhibent preces, quae antea in communi fiebant, postea, ejusdem ecclesiasticae auctoritatis consilio, privatim factas esse ac fieri: « L'autorità episcopale ci aveva « detto in principio di pregarla in famiglia. Que« sta medesima autorità avendoci detto che era « meglio cessare, noi ci siamo contentate di pre« garla in particolare, ed è questo che si fa al » presente ancora » (4).

10. Sepulchrum V. S. D. privata tantum devotione visitatur, nec circa illud votivae adsunt tabellae (5). Ipsius lypsana nec in sacris locis ad publicam venerationem, nec inter alia Sanctorum exposita fuere, neque in publicas supplicationes lata (6). Adsunt V. S. D. imagines, sed absque ullo sanctitatis signo: « giam« mai alcuna con raggi, aureole o titoli » (7). Biographi Ven. S. D. Sanctae vel Beatae nomen generico tantum sensu ipsi tribuerunt, et expresse protestati sunt, juxta decreta Sanctae Sedis, se nequaquam intendere Summi Pontificis infalli-

(1) Summ. Num. V. tit. 1. pag. 45. §. 44. 45. — pag. 56. §. 61. 62. et tit. 2. pag. 62. §. 21. alibique.

(2) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 64. §. 31.

(3) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 65. §. 33. 34. et alibi.

(4) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 62. §. 22. et alibi.

(5) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 63. §. 27. — pag. 69. §. 53. et alibi.

(6) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 66. §. 40. — pag. 71. §. 67.

(7) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 68. §. 50. — pag. 70. §. 59. et alibi.

bile judicium praevenire (1). Nunquam denique ipsa in Divinis Officiis commemoratur, neque inter Sanctos adnumeratur (2). Uno verbo, nullibi fit quod publicum vetitumque cultum portendat: « In nessun luogo si fa niente in suo onore che « possa essere interpretato come segno di un pub- « blico culto » (3).

11. Neque ullum aeque cultus vestigium inventum fuit in ecclesia B. M. V. de pietate ubi in praesentiarum Venerabilis corpus jacet, uti ex judiciali visitatione patuit. Judex enim una cum Sub-Promotoribus omnibus diligenter inspectis, declararunt: « circa V. S. D. monumentum neque per totam « ecclesiam adesse statuas et picturas dictae Ven. « S. D. Margaritae Bourgeoys cum aliquo cultus « et venerationis signo, neque tabellas votivas, « donaria, lampades, cereos, inscriptiones, epita- « phia, excepta inscriptione sita in monumento, « nec quidquam inveniri quod cultum et venera- « tionem erga dictam V. Dei Famulam redoleat » (4). Inscriptio autem quae in sepulchro adest haec est: « Qui giace Margherita Bourgeoys fon- « datrice della Congregazione di Nostra Signora, « morta li 12. Gennaro 1700. » (5). Inspectum quoque fuit ecclesiae subterraneum in quo sepultum est V. S. D. corpus, ac nil pariter inventum quod cultus signum portendat (6). Pariter inspectus est locus ubi repositae sunt ejus cordis reliquiae, et declaratum aeque fuit: « nihil esse quod « cultum et venerationem publicam et ecclesiasti- « cam redoleat » (7).

12. Quae cum ita se habeant, jure merito subdelega- Judex a Marianopolitano Episcopo suam edidit

---

(1) Summ. Num. V. tit. 2. pag. 65. §. 36. — pag. 72. §. 69. et alibi.

(2) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 66. §. 41. — pag. 73. §. 75. et alibi.

(3) Ibid. Num. V. tit. 2. pag. 70. §. 62. — pag. 73. §. 76. et alibi.

(4) Ibid. Num. VII. pag. 84. §. 3.

(5) Ibid. Num. VII. pag. 82. §. 1.

(6) Ibid. Num. VII. pag. 85. §. 6.

(7) Ibid. Num. VIII. pag. 88. §. 7.

Sententiam, nihil scilicet agi contra praescriptum et formam Decretorum sa. me. Urbani Papae VIII. circa publicum vetitumque cultum qui Ven. Servae Dei Margaritae Bourgeoys minime praestatur. Quocirca Sententiam ipsam ad juris tramites prolatam, a Sacro Vestro Ordine confirmatam iri confidimus, quemadmodum una cum pervigibili Causae Postulatore R. P. Arthuro Julio Captier Procuratore generali seminarii Sancti Sulpitii obsequentissime efflagitamus.

Quare etc.

JOANNES BAPT. MINETTI.

REVISA

Augustinus Adv. Caprara S. R. C. Assessor. et S. Fidei Subpromot.

MARIANOPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

MARGARITAE BOURGEOYS

FUNDATRICIS CONGREGATIONIS

SORORUM NOSTRAE DOMINAE

SUMMARIUM

SUPER DUBIO

An sententia Judicis subdelegati ab Episcopo Marianopolitano super cultu praefatae Ven. S. D. nullatenus exhibito, seu super obedientia Decretis sa: me: Urbani Papae VIII. sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?

NUM. I.

§ 1. Decretum S. R. C. super introductione Causae.

Quum quinto decimo Kalendas Decembris superioris anni a Sacra Rituum Congregatione vigore facultatum sibi specialiter a sa: me: Pio Papa IX. tributarum indultum jam benigne fuisset, ut de Dubio Signaturae Commissionis introductionis Causae Servae Dei Margaritae Bourgeoys praedictae agi valeret in ipsius Sacrae Rituum Congregationis Ordinario Coetu absque interventu et voto Consultorum, etiamsi ejusdem scripta ne-

que perquisita, neque examinata adhuc essent, Emus et Revmus Dominus Cardinalis Aloysius Oreglia a Sancto Stephano hujusce Causae Relator ad instantiam Rev. Domini Arthuri Julii Captier Procuratoris Generalis Congregationis Sancti Sulpitii Causae ipsius Postulatoris constituti, attentis postulatoriis litteris quamplurium Rmorum Antistitum aliorumque Virorum tam ecclesiastica, quam civili dignitate praestantissimorum, in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis hodierna die ad Vaticanum coadunatis sequens Dubium discutiendum proposuit, nimirum: « An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad affectum de quo agitur? » Et Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit: « Affirmative, seu signandam esse Commissionem, « si Sanctissimo placuerit. »

Die 7 Decembris 1878

Facta postmodum de praemissis per subscriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. fideli relatione. Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habuit, et confirmavit, propriaque manu signavit Commissionem Introductionis Causae Ven. Servae Dei Margaritae Bourgeoys praefatae, die 19. iisdem mense et anno.

D. Card. Bartolinius S. R. C. Praef.
Plac. Ralli S. R. C. Secretarius.

NUM. II.

Process. fol. 27. terg. in fin. —

1 Litterae Remissoriales. Dominicus Sanctae Romanae Ecclesiae. Cardinalis Bartolinius Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus.

Reverendissimo Domino Episcopo Marianopolitano Judici per Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII Sacramque Rituum Congregationem, et Eminentissimum et Reverendissimum

Dominum Aloysium Card. Oreglia de Sancto Stephano infradicendae Causae Ponentem seu Relatorem Delegato ad construendum Auctoritate Apostolica Processum super Cultu publico et Ecclesiastico Ven. Dei Famulae Margaritae Bourgeoys Fundatrici Congregationis Sororum Nostrae Dominae nunquam exhibito, seu super paritione Decretis Sanctae Mem: Urbani VIII. de non cultu editis, cum facultate subdelegandi ad hunc effectum suum Vicarium Generalem, vel alterum Virum Ecclesiastica Dignitate conspicuum salutem in Domino, et in commissis obedientiam, ac Nostris hujusmodi immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noverit Amplitudo Tua Reverendissima Episcope Marianapolitane, quod constructo Auctoritate Ordinaria Processu informativo in ista Curia Ecclesiastica super fama Sanctitatis Vitae, Virtutibus et Miraculis Ven: Dei Famulae Margaritae Bourgeoys Fundatricis Congregationis Sororum Nostrae Dominae, in Actis Sacrorum Rituum Congregationis clauso et sigillato exhibito, ac successive servatis servandis aperto factaque de contentis in eo relatione per Eñum et Rñum Dominum Cardinalem Aloysium Oreglia de Sancto Stephano in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis « Comitiis ad Vaticanum coadunatis die 7. Decem- « bris 1878. proposito Dubio. « An sit signanda Commissio introductionis Causae in Casu, et ad effectum de quo agitur? » Sacra eadem Congregatio omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati Sanctae Fidei Promotore rescribendum censuerit. « Affirmative » seu signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit uti pateat ex Decreto dicta die facto et a Sanctitate Sua approbato die 19. ejusdem mensis et anni.

Process. fol. 30.

Commissio autem manu Sanctissimi signata die 19. Decembris 1878. et successive in Actis Cancellariae Congregationis Sacrorum Rituum exhibita, ita se habet:

2. Tenor Commissionis a SSmo. signata die 19. Decembris anni 1887.

Beatissime Pater

Fama Sanctitatis virtutum, et miraculorum Servae Dei Margaritae Bourgeoys Institutricis Congregationis Nostrae Dominae anno 1700 Marianopoli vita functae, eo processit in dies ut non modo Marianopolitana Dioecesis, sed omnes Americae Septentrionalis provinciae, particulari devotione succensae, ipsam persaepe invocarent in humanis vitae adjunctis et plurimorum Virorum Sententia Altarium honore digna reputaretur, accedente tamen Sanctitatis Vestrae infallibili judicio. Hinc Archiepiscopi, Episcopi, Religiosorum Ordines, Antistites deprecati sunt Sanctitatem Vestram ut ad ejusdem Servae Dei Beatificationem et Canonizationem procedere dignaretur. Cum itaque in Marianopolitana Dioecesi in qua Dei Serva gloriose decessit; Ordinaria inquisitio informativa confecta jam fuerit, jamque hujus inquisitionis examen, praeviis dispensationibus tam a non integro lapsu decennii post exhibitionem Processus quam ab interventu Consultorum, et a perquisitione scriptorum quae manu Servae Dei exarata haberi possint, die 17. Novembris anni 1877. a Sancta Sede concessis, relatione Reverendissimi Cardinalis Aloysii Oreglia de Sancto Stephano in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Conventu die 7. Decembris 1878. institutum fuerit, et audito, tum voce, tum scriptis R. D. Laurentio Salvati S. Fidei Promotore, Reverendissimi Patres in sententia fuerint ad Introductionem Causae praedictae Servae Dei deveniri posse; hinc pro parte devotissimi Oratoris Arthuri Julii Captier Procuratoris Generalis Congregationis Sancti Sulpitii et Causae Postulatoris, Sanctitas Vestra humillime exoratur ut Causam et Causas Beatificationis et Canonizationis cum cognitione virtutum et miraculorum ac publicae famae sanctitatis ipsius Servae Dei, populorumque erga eam devotione, cum omnibus et singulis suis incidentibus adnexis et connexis quibuscumque, confirmando quatenus opus sit in Ponentem Reverendissimum Cardinalem Aloysium Oreglia de Sancto Stephano, eidem Congregationi committere et mandare dignetur et in primis ut

Inquisitio Apostolica servata Decretorum forma, et juxta Remissoriales et Compulsoriales Litteras a S. R. Congregatione expediendas, et juxta Articulos, Interrogatoria, aliasque instructiones a R. P. Fidei Promotore cum peculiari Deputatione Sub Promotoris dirigendas, rite valideque possit inchoari super obedientia praestita Decretis Sa: Me: Urbani Papae VIII de non Cultu editis ad effectum postea in eadem Sacrorum Rituum Congregatione aperiendi, exhibendi, et citato auditoque R. P. Fidei Promotore discutiendi, et declarandi laudatis Decretis fuisse sufficienter paritum et satisfactum. Relata vero Sanctitati Vestrae et adprobata hujusmodi declaratione, citato pariter et audito R. P, Fidei Promotore, si eidem Sacrae Congregationi visum fuerit, et Sanctitati Vestrae placuerit ut deveniri possit ad genericam Inquisitionem super fama sanctitatis, populorum devotione, miraculis aliisque denunciandis memoratae Servae Dei, eidem Sacrae Congregationi indulgendo, et liberam concedendo facultatem ut Reverendissimo Episcopo Marianopolitano committere valeat, qui per se ipsum inquirat de fama et devotione populorum, nec non de miraculis ipsius Dei Servae in genere tantum, et non in specie et quo ad famam, si eadem hodierna die vigeat, et hunc ad effectum Articulos ad eumdem transmittat super quibus et Juxta Interrogatoria R. P. Fidei Promotoris per seipsum, et non per alios cum interventu sub Promotoris per eumdem R. P. Fidei Promotorem nominandi, debeat examinare testes et cum potestate citandi, ac inhibendi quos, quibus, et quoties ubi ac quando opus fuerit sub censuris, nec non per edictum contradictores etc, cum omnibus aliis necessariis et opportunis facultatibus, quibus peractis, ea quae invenerit fideliter scribat, et Processum hujusmodi ad eamdem Sacram Congregationem sigillo clausum per fidelem nuncium transmittat, una cum litteris quibus significet qualis et quanta praedictis Testibus fides sit habenda. Quo Processu recepto, et per Sacram Congregationem discusso, eadem Sacra Congregatio Sanctitati Vestrae referat quid de ejus relevantia sentiat, ad effectum ut Sanctitas Vestra possit statuere an sit deveniendum ad constructionem et absolutionem spe-

cialis inquisitionis super virtutibus et miraculis ejusdem Servae Dei. Quod si Sanctitati Vestrae eidem judicaverit esse locum, ipsi S. Rituum Congregationi mandare pariter dignetur, quatenus Reverendissimo Episcopo Marianopolitano committere valeat, ut veritatem super fama Sanctitatis Dei Servae populorum devotione, Fidei puritate, miraculis, aliisque requisitis accurate, fideliter, prudenterque juxta Articulos, et juxta Interrogatoria a R. P. Fidei Promotore danda, et illi transmittenda in specie inquirat et jura ac monumenta coram ipso exhibenda recipiat, cum interventu Sub-Promotoris ab eodem Promotore nominandi et quidquid per hujusmodi specialem inquisitionem invenerit, suis pariter sigillis obfirmatum caute ad eamdem Sacram Congregationem transmittat, ut his omnibus mature perpensis ac examinatis in Sacra Rituum Congregatione coram Sanctitate Vestra habenda decernatur an talia sint tantique momenti, ut ad Beatificationem sive Canonizationem praefatae Servae Dei juxta SS. Canonum statuta et Sanctae Romanae Ecclesiae ritum deveniri possit, cum facultate super praemissis tum Remissoriales tum Compulsoriales Litteras, citato eodem R. P. Promotore Fidei ad quascumque mundi partes decernendi et relaxandi, etiam jura et monumenta quaecumque recipiendi, et si opus fuerit testes per Eminentissimum, Dominum Cardinalem Vicarium seu Episcopos et in loco ab ipso deputando, praevia citatione, et cum interventu P. Promotoris super iisdem Articulis sive aliis novissime dandis vel addendis et juxta Interrogatoria per eumdem P. Fidei Promotorem exhibenda sub censuris, poenis et omnibus aliis desuper necessariis et opportunis facultatibus, caeteraque, omnia et singula in praemissis, et circa ea quomodolibet faciendi, gerendi et exequendi usque ad finale complementum, servata tamen in omnibus et singulis forma Decretorum sa: me: Urbani P.P. VIII Pontificis, et Ven: Innocentii XI, et non alias etc. Minime obstantibus Constitutionibus etiam in universalibus et synodalibus Conciliis editis, atque aliis Apostolicis Ordinationibus Cancellarii ac Regulis, stylo Palatii et Curiae, caeterisque contrariis quibuscumque, statum tenores pro plene et sufficienter expressis haben:

Placet L.

Deinde cum Reverendissimus Dominus Arthurus Captier Presbyter et Procurator Generalis Congregationis Sancti Sulpitii hujusce Causae Postulator constitutus advertens quod in ista Curia Ecclesiastica Processus tantum informativus super sanctitate vitae, virtutibus, et miraculis Ven. Servae Dei praefatae conditus fuerit, minime vero alter Auctoritate Ordinaria super non cultu seu super obedientia Decretis Sa: me: Urbani Papae VIII. Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII, humillime deprecatus fuerit pro concessione Litterarum Remissorialium ad construendum Auctoritate Apostolica ejusmodi Processum quoad Cultum praefatae Servae Dei nunquam praestitum, has litteras Sanctitas sua benigne concesserit dirigendas Tibi, Reverendissime Episcope Marianopolitane, addita facultate subdelegandi ad hunc effectum tuum Vicarium Generalem vel alterum Virum ecclesiastica dignitate conspicuum, nec non nominandi ecclesiasticum Notarium et Cursorem ad Processum ipsum intra terminum unius anni a die praesentationis praesentium Litterarum Remissorialium computandi, absolvendum, servatis de caetero omnibus et singulis de jure servandis, uti constat, ex decreto diei 13. Martii hujus anni tenoris sequentis videlicet:

Signata a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII, Commissione Introductionis Causae Ven: Servae Dei Margaritae Bourgeoys praedictae advertens Reverendissimus P. Athurus Julius Captier Procurator Generalis Congregationis Sancti Sulpitii et hujus Causae Postulator constitutus post Processum Ordinarium in Curia Ecclesiastica Marianopolitana constructum super sanctitate vitae virtutibus et miraculis ejusdem Venerabilis Servae Dei alium Processum super non cultu seu super obedientia Decretis San: me: Urbani Papae VIII in eadem Curia haud fuisse auctoritate ordinaria conditum, eumdem Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII, humillime deprecatus est ut concedere dignaretur Reverendissimo Episcopo Marianopolitano Remissoriales Litteras, ad construendum Auctoritate Apostolica ejusmodi Processum, addita facultate subdelegandi ad hunc effectum suum Vicarium Generalem vel alterum Virum

8 Decretum concessionis Litterarum Remissorialium pro conficiendo Apostolico Processu super Non-Cultu obtentum die 13 Martii 1879.

Ecclesiastica Dignitate conspicuum, nec non nominandi Ecclesiasticum Notarium et Cursorem ad Processum ipsum inter terminum unius anni a die praesentationis earumdem Remissorialium computandum. Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne annuit juxta petita, servatis tamen omnibus de jure servandis

Die 13. Martii 1879.

D. Cardinalis Bartolinius
S. R. C. Praefectus.

Loco ✠ Sigilli.

Plac: Ralli Sac: Rit: Cong. Secretarius.

Citato igitur coram Eminentissimo et Reverendissimo Domino Card. Aloysio Oreglia de Sancto Stephano Causae Ponente seu Relatore R. P. D. Laurentio Salvati Sanctae Fidei Promotore primo ad dicendum contra dictam Commissionem praefatumque Decretum, et successive contra Positiones et Articulos in Actis facto datos, quorum copia sibi transmissa fuit ad effectum super illis examinandi testes inducendos in civitate et dioecesi Marianopolitana construendique Processum Auctoritate Apostolica super Cultu publico et ecclesiastico dictae Ven: Dei Famulae nullatenus exhibito juxta dispositionem Decretorum generalium Sa: me: Urbani Papae VIII. videndumque illos et illss ad probandum admitti, testes ut supra inducendoa examinari, ac decerni et relaxari Litteras Remissoriales pro constructione dicti Processus exequendas in civitate et Dioecesi Marianopolitana dirigendas Tibi Reverendissime Episcope Marianopolitane Judici specialiter ut supra Delegato, addita facultate sub delegandi ad hunc effectum tuum R. D. Vicarium Generalem aut alterum virum Ecclesiastica Dignitate conspicuum, assignato termino unius anni ad dictum Processum conficiendum et absolvendum, qui computari debeat a die presentationis earumdem Litterarum Remissorialium ad formam praeinserti Decreti Sanctissimi Domini Nostri Papae, concordandum de ter-

mino per Judicem Delegatum et locis locorumque loco, et Portitore, nec non constituendum aliquem seu aliquos Fidei Subpromotores per acta infrascripti Cancellarii qui dicto Processui intersit sive intersint, et in dicta Civitate Marianopolitana commode citari possint, alias videndum mandari fieri Processum per affixionem ad valdas Cathedralis Ecclesiae Marianopolitanae, dandum Interrogatoria in dictis Litteris includenda, alias videndum mandari, fieri, easdem Litteras expediri, claudi, et sigillari, testesque praefatos examinari super dictis Interrogatoriis, et decretum quodcumque desuper necessarium et opportunum fieri et interponi ad diem in Citatione ipsa constitutam. Qua adveniente ac in dicto citationis termino:

Comparuit Reverendissimus Dominus Arthurus Captier Presbyter, et Procurator Generalis Congregationis Sancti Sulpitii hujus Causae Postulator, ut in actis constitutus qui facto produxit positiones seu Articulos in calce praesentium registratos petiitque et institit illos et illas ad probandum admitti, testes inducendos mandari, examinari, ac decerni et relaxari praedictas Litteras Remissoriales Amplitudini Tuae, Episcope Marianopolitane, Judici ut supra specialiter Delegato cum antedicta facultate subdelegandi, dirigendas, aliaque fieri prout in dicta citatione habetur et continetur, ut latius infradicetur, dictusque Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Card. Oreglia de Sancto Stephano Relator praefatae Commissionis ac postremi Decreti formam exequendo, easdem Positiones et Articulos ad probandum admisit, testes inducendos examinari mandavit, petitasque Litteras Remissoriales Amplitudini Tuae Reverendissime Episcope Marianopolitane, Judici ut supra specialiter Delegato dirigendas cum facultate sub delegandi pro constructione dicti Processus R. D. Vicarium Generalem vel alterum Virum Ecclesiastica Dignitate conspicuum, nec non nominandi Ecclesiasticum Notarium et Cursorem ad Processum ipsum intra terminum unius anni computandum a die praesentationis earumdem Litterarum Remissorialium integri explendum expediri, claudi et sigillari mandavit, et amplitudinem Tuam Reverendissimam ad illas exequendas in dicta Ci-

vitate et Dioecesi Marianopolitana cum antedicta facultate subdelegandi tuum Vicarium Generalem aut alterum Virum Ecclesiastica dignitate conspicuum dictamque civitatem et dioecesim pro loco et locis, pro loco vero loci et locis locorum loca per amplitudinem Tuam Reverendissimam, vel Subdelegatum Judicem destinando, Portitoremque pro adsportatione praesentium deputavit. Nosque Dominicus Cardinalis Bartolinius Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus antedictus considerantes aequum et Christiana Religione dignum esse Dei gloriam quae in Servis suis resplendet manifestam fieri, volentesque ea quae a Sancta Sede Apostolica committuntur, quaeque in dicta Sac: Rit: Congregatione statuta sunt debitae exequutioni mandare, easdem Litteras Remissoriales modo et forma quibus supra ac etiam inferius exprimendis expediri et exequi mandavimus injungendo tamen juxta dispositionem novissimorum Decretorum ejusdem Sac: Rit: Congregationis quod ante inchoationem dicti Processus per amplitudinem Tuam Reverendissimam Episcope Marianopolitane vel per tuum Vicarium Generalem aut alterum Virum Ecclesiastica dignitate conspicuum in casu subdelegationis de quo supra juramentum praestetur in eodem Processu omnino adnotandum de fideliter commisso munere adimplendo secretoque servando sub poena excommunicationis ipso facto in casu contraventionis incurrendae sequenti forma in iisdem decretis praescripta, videlicet:

« Ego N. N. (exprimendo nomen et cognomen) tacto pectore (quoad Reverendissimum Episcopum Marianopolitanum) (quoad vero ejus R. D. Vicarium Generalem vel alterum Virum ecclesiastica Dignitate conspicuum) « tactis SS. Dei Evan-
« geliis coram me positis juro et promitto fideli-
« ter adimplere munus mihi commissum circa fa-
« bricationem Processus in Causa Beatificationis,
« et Canonizationis Ven. Servae Dei Margaritae
« Bourgeoys Fundatricis Congregationis Sororum
« Nostrae Dominae juxta formam Decretorum Sa-
« crorum Rituum Congregationis et praecipue no-
« vissimorum, quae confirmata fuere a Venerabili
« Servo Dei Innocentio Papa XI. nec non juro

« et promitto religiose servare secretum tam de
« contentis in Interrogatoriis, quam de testium de-
« positionibus super iisdem, et super Articulis, nec
« de iis loqui cum aliqua persona exceptis Sub
« Promotoribus, et Notario pro eodem Processu
« deputandi sub poena perjurii et excommunicatio-
« nis latae sententiae, a qua nonnisi a Summo
« Pontifice (excluso etiam Majori Poenitentiario)
« praeterquam iu mortis articulo absolvi possim,
« et ita promitto et juro, sic me Deus adjuvet
« (subjungendo Vicarius Generalis vel alter Vir in
« Ecclesiastica dignitate conspicuus in casu prae-
« fatae subdelegationis) et haec Sancta Ejus Evan-
« gelia ».

Quo circa Amplitudinem Tuam Reverendissimam Episcope Marianopolitane, et in casu sub delegationis Te R. D. illius Vicarium Generalem, aut alterum Virum Ecclesiastica Dignitate conspicuum aut supra eligendum, de quorum fide, integritate, zelo religionis, perpetuaque ac debita erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientia plurimum in Domino eadem Sacra Congregatio confidit, et Nos quoque confidimus, requirimus, et monemus, eisdemque etiam Apostolica qua dicta Sacra Congregatio et Nos in hac parte fungimur ac ejusdem Sacrae Congregationis Ordinaria Auctoritate committimus et mandamus ut amplitudo Tua Reverendissima, Episcope Marianopolitane, vel tua Vice R. D. Vicarius Generalis aut alter Vir Ecclesiastica dignitate conspicuus ut supra eligendus, et subdelegandus vice ejusdem Sacrae Congregationis et nostra in singulis Actibus respective procedens et pro Tribunali sedens, intra dictum unius anni terminum ut supra inchoandum, omnes et singulos testes ac scripturas, instrumenta. monumenta, et alia quaevis probationum genera ad verificationem non exhibiti cultus dictae Ven. Dei Famulae seu paritionis Decretis Sa: Me: Urbani Papae VIII. super non Cultu editis, et ad Processus validitatem necessaria qui et quae coram Judice per quem praesentes Litteras exequutioni mandabuntur in dicta Civitate et Dioecesi Marianopolitana induci, produci, et exhibere contigerit a personis legitima mandata Procurae habentibus recipiat, et admittat et primo juxta Interrogatoria per

dictum R. P. D. Promotorem Fidei hic in Curia data et praesentibus Nostris adjuncta clausa et sigillata non aperienda nisi coram Judice harum Litterarum exequutore in actu examinis denuoque claudenda et obsignanda sigillo ejusdem Judicis in fine cujuslibet Sessionis examinis dictorum testium, prout simili modo claudi et obsignari et respective aperiri debebunt depositiones dictorum testium exprimendo et adnotando in eodem Processu singillatim omnes actus aperitionis et clausurae hujusmodi, sicque clausa, et sigillata cum iisdem testium depositionibus retinenda usque ad absolutionem dicti Processus et deinde super Positionibus et Articulis in calce praesentium registratis in Ecclesiis, Oratoriis, piisque locis et quoad infirmos, moniales claustrales seu alias legitime impeditos in aliis quibuscumque locis per eumdem Judicem exequutorem praesentium deputandis et semper exprimendis, tam in citationibus contra dictos testes, et Fidei Subpromotorem ab eodem R. P. D. Promotore Fidei nominandum seu nominandos exequendos, quam in juramentis ab iisdem testibus praestandis et examinibus ab eis faciendis testes ipsos omnes et singulos diligenter examinet, praestito tamen in manibus dicti Judicis hasce Litteras exequentis per antedictos testes, cujuscumque gradus, status, conditionis et sexus existant etiam Sacerdotes tactis Sanctis Dei Evangeliis, et non alias aliter neque alio modo juramento in eodem Processu similiter adnotando non solum de veritate dicenda de iis super quibus examinabuntur, verum etiam de servando secretum religiose sub poena excomunicationis ipso facto in casu contraventionis incurrendae juxta formulam sequentem in iisdem novissimis Decretis praescriptam videlicet.

« Ego N. N. (exprimendo nomen, et cognomen) tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis coram me positis juro dicere veritatem, tam super Interrogatoriis, quam super Articulis super quibus examinabor, nec non servare secretum, nec alicui penitus revelare tam contenta in eisdem Interrogatoriis quam responsiones, et depositiones a me faciendas, sub poena perjurii, et excommunicationis latae sententiae, a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam Majori Poeni-

« tentiario) praeterquam in mortis articulo absol-
« vi possim, et ita juro et promitto, sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Ejus Evangelia. »

Eademque testium juramenta nec non depositiones et dicta recipiat, et per fide dignum Notarium publicum Apostolica vel ecclesiastica auctoritate creatum, ab eodem Judice exequutore deputandum, in scriptis redigi faciat, praeviò tamen juramento a dicto Notario in manu praefati Judicis praesentando tactis sanctis Dei Evangeliis in eodem Processu registrando de officium suum fideliter adimplendo et secretum servando juxta formulam ut supra Judici Delegato, vel Sub Delegato praescriptam, mutatis tamen mutandis, animadvertendo quod testes nequaquam se referant ad attestationes alias redditas, neque illis recitentur ea quae alias ipsi deposuere, sed quidquid habent explanate, et per extensum deponant.

Sicut etiam Judex praesentium exequutor, sedulo diligenterque curare debebit ne testes ad Articulos respondentes generice se expediant ajendo vera esse quae in Articulis vel Articulo continentur nam quidquid sciunt debent clare et explanate deponere cum omnibus et singulis circumstantiis, quae eisdem vel de visu, vel de auditu, vel alio quocumque modo notae sunt etiamsi eaedem illae sint quae in Articulis sive Articulo ponuntur, et non alias aliter neque alio modo.

Absoluto autem examine Testium a Procuratore Causae inducendorum alios Testes de non exhibito Cultu publico, et ecclesiastico dictae Ven: Dei Famulae illiusque reliquiis et memoriis bene instructos idem Judex praesentium Litterarum exequutor ex officio nominet et inducat, ac praevio juramento modo quo supra praestando juxta dicti R. P. D. Promotoris Fidei Interrogatoria examinari faciat, curet, et mandet. Caetera vero Processus Acta, aliasque scripturas et jura ut praefertur, exhibenda in loco solitae Audientiae Judicis praesentes Litteras exequentis aut alio ab eo deputando recipiat.

Si vero testes praedicti se examini subjicere distulerint aut recusaverint, testes ipsos ad sese examini subjicendum sub censuris et poenis canonicis, jurisque et facti remediis opportunis omni et quacumque appellatione postposita idem Judex

delegatus cogat et compellat. Demum sepulchrum et locum seu loca in quo ceu quibus corpus vel reliquiae dictae Ven: Servae Dei humatum et asservatas esse constiterit, recognoscat, et per omnes et singulas circumstantias, ab extra tantum et non alias diligenter visitet atque exacte describat, actusque visitationis, recognitionis et descriptionis hujusmodi per eumdem Notarium Actuarium recipi, et in Processu idem Iudex registrari faciat et mandet. Et quatenus ex eorumdem testium depositionibus juribus et momentis quibuscumque productis ac visitatione descriptione quo praefata de jure fieri posse eidem Judici Delegato videatur, tunc ipse possit et valeat, immo debeat ac teneatur per sententiam pronunciare dictis Decretis fel: rec: Urbani PP. VIII super non cultu editis in aliquo non contraventum, sed illis sufficienter paritum fuisse et esse.

Utque praedicta omnia liberius exequutioni mandari possint, idem Judex Delegatus Nuncium seu Nuncios pro citationibus aliisque mandatis et decretis exequendis recepto prius ab eis juramento de fideliter officium suum exercendo similiter deputet.

Completo tandem Processu et ut supra per sententiam pronunciato, ipsorum Testium depositiones et dicta, citationes contra acta, omniaque alia ut supra actitata et producta, transcribi, et fideliter transumptari, et coram Judice eodem praesentium exequutore adhibito alio Notario Apostolico seu Ecclesiastico per dictum Judicem deputando, praevio juramento in manibus praefati Judicis ad contactum SS. Evangeliorum de fideliter exercendo officium suum, uti de alio praedicto Notario ad causam deputando supra praescribitur, transcriptionem et transumptum per eosdem Notarios atque etiam a praefato Judice exequutore subscriptum ejusque sigillo ab intra munitum ac in pubblicam authenticamque formam redactum, cum successiva attestatione Notarii Actuarii super recognitione subscriptionis et sigilli ejusdem Judicis Delegati, describendo etiam formam et qualitatem sigilli et cum legalitate in fine apponenda per Amplitudinem Tuam Reverendissime Episcope Marianopolitane, super approbatione manus subscriptionis et signi dicti Actuarii propria ejusdem Amplitudinis Tuae Reverendissimae

manu firmata, tuoque sigillo munita in parte finali interna dicti transumpti, illudque deinde clausum et ab extra sigillo tantum pariter Amplitudinis Tuae Reverendissimae rite obsignatum, Nuncio seu Portitori deputando cum juramento et obligatione de fideliter adsportando tradat atque consignet, et ad eamdem Sacram Congregationem et Nos trasmitti ac adsportari faciat, curet et mandet, significando eidem Sacrae Congregationi et nobis per Litteras Judicis praesentium Litterarum exequutoris nedum generaliter quae fides testibus examinatis sit adhibenda, verum etiam particulariter super iis quae per eosdem testes deposita fuere, et an in deponendo idem Judex aliquid viderit seu animadverterit per quod eorum depositio suspecta reddatur. Decernimus autem et volumus quod in omnibus Actis coram Judice praesentium Litterarum exequutore aut alias circa praemissa faciendis, citetur aliquis ex sub Promotoribus Fidei per dictum R. P. D. Fidei Promotorem nominandis in plico suarum Litterarum una cum praesentibus transmittendo. Decernimus pariter irritum et inane quidquid contra formam nostrarum Litterarum scienter, vel ignoranter fuerit exequutum, et eidem Sanctissimo Domino Nostro Papae seu dictae Sacrae Congregationi reservamus absolutionem omnium et singulorum qui dictas poenas et censuras incurrerint.

Pro praemissis autem omnibus et singulis exequendis talem diligentiam curam et fidem praesentium Litterarum Judicem exequutorem adhibiturum speramus quales gratiam ab eadem Sacra Congregatione et retributione laboris ab Altissimo pro Servis suis valeat sibimetipsi comparare.

In quorum testimonium praesentes manibus nostra et subscriptorum Reverendorum Patrum Dominorum Protonotarii et secretarii dictae Sacrae Congregationis firmatas, nostroque sigillo munitas per Acta infrascripti Notarii Cancellarii et Archivistae fecimus expedire.

Romae ex Aedibus Nostris, anno a Nativitate Domini Jesu Christi millesimo octingentesimo septuagesimo nono die vero decima quinta mensis Maii, Indictione Romana septima, Pontificatus autem Sanctissimi inChristo Patris et Domini Nostri Leonis Divina Providentia Papae XIII. anno secundo.

Tenor vero Positionum seu Articulorum de quibus supra facta fuit mentio talis est, videlicet: (sequuntur Articuli).

D. Cardinalis Bartolinius S. R. C. Praefectus.
Vincentius Nussi Protonotarius Apostolicus.
Placidus Ralli S. R. C. Secretarius

Loco ✠ Sigilli

Aloysius Advocatus Franceschetti Sac: Rit: Congregationis Notarius Cancellarius et Archivista.

4.
Litterae R. P. D. Fidei Promotoris Romae.

Process: fol: 46.

Litterae R.P. D. Promotoris Fidei deputationis ejus Sub Promotorum in Civitate et Dioecesi Marianopolitana quoad Processum super Cultu praefatae Venerabilis Servae Dei nunquam exhibito.

Perillustres et Admodum Reverendi Domini.

Sac: Me: Pius Papa IX per speciales Litteras in forma Brevis Nobis directas et in actis Cancellariae Sac: Rit: Congregationis productas die 10 mensis Septembris 1874 pro regimine Causarum Servorum Dei pro quorum Beatificatione et Canonizatione instatur, deputavit Nos in Fidei Promotorem cum decreto inter caeteras facultates Nobis tributas quod in omnibus Processibus super dictis Causis in posterum faciendis et in singulis tanquam pars formalis, et ad instar Commissarii Reverendae Camerae Apostolicae et Fisci Procuratoris citari deberemus et quod in eorum confectione tam in Romana Curia, quam extra eam in qualibet Orbis terrarum parte coram quibuscumque Judicibus Delegatis per Nos seu Sub Promotorem cum facultatibus quae opportunae videbuntur a Nobis deputandum intervenire valeremus. Cum autem in Causa Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servae Dei Margaritae Bourgeoys Fundatricis Sororum Nostrae Dominae modo construendus sit Auctoritate Apostolica in Civitate et Dioecesi Marianopolitana Processus super cultu eidem Ven: Dei Famulae nunquam exhibito, seu super paritione Decretis Sa: Me: Papae Urbani VIII vigore Litterarum Remissiorialium directarum Reverendissimo Domino Episcopo Marianopolitano, addita facultate subdelegandi ad hunc effectum suum Vicarium Generalem vel alterum Virum Ecclesiastica dignitate

conspicuum assignato termino unius anni a die praesentationis earumdem Litterarum computando ad Processum ipsum integri explendum juxta formam Decreti Sanctissimi Domini Nostri per Acta Cancellarii Sacrorum Rituum Congregationis producti, atque in iisdem Remissorialibus Litteris registrati.

Quumque negocio hujusmodi ob loci distantiam gravesque offici Nostri curas quibus detinemur, personaliter intervenire non valeamus. Nos de vestrum pietate, doctrina et religionis zelo plurimum in Domino confisi, Vos Reverendum Dominum Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Marianopolitanae et alterum probum doctumque Virum per Reverendissimum Dominum Episcopum Marianopolitanum vel ab ipso suo Delegatum Judicem dictas Remissoriales Litteras exequentem eligendum et deputandum et quomodolibet Vestrum in solidum ita ut non sit melior conditio praeoccupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus Vestrum incoeperit, alter prosequi, absolvere ac terminare possit et valeat, tenore praesentium in vim facultatis nobis ut supra tributae nominamus et deputamus in Sub Promotores Fidei ad praedictum Processum tantum ut supra construendum cum facultate omnibus et singulis Actis totique Processui interveniendi, omniaque et singula quae vobis opportuna videbuntur opponendi et protestandi, et signanter, quod in omnibus et singulis Ejusdem Processus Actis legitime citari debeatis ut Processus ipse cum sit res maximi momenti omni cum integritate et legalitate fiat.

Insuper cum juxta novissima Decreta dictae Sacrae Congregationis praescripta sit nova forma in hisce Processibus servanda ut in §. 3. subsequenti tenore videlicet.

« Tertio et pro majori cautela praescribi de-
« beat in Litteris Remissorialibus quod non solum
« Interrogatoria retineantur semper clausa et sigilla-
« ta cum sigillis Judicum non aperiendum nisi in
« actu examinis et claudenda in fine, sed ulterius
« depositiones ipsae antequam Processus sit abso-
« lutus in fine cujuslibet sessionis claudi et obsi-
« gnari debeant cum sigillis Judicum, nec possint
« aperiri nisi in praesentia ipsorum a principio cu-
« juslibet examinis et sessionis, et hujusmodi di-

« ligentiae fieri debeant etiam in Processibus
« conficiendis in Curia, iidemque Judices prout etiam
« sub Promotores et Notarii tam in partibus quam
« in Curia ac testes, et in Curia etiam Protonotarii
« debeant ante inchoationem Processus praestare
« juramentum de servando secretum religiose sub
« poena excommunicationis ipso facto in casu
« contraventionis incurrendae juxta formulam ejus-
« dem juramenti imprimendum ejusdem in fine
« Decretorum et pro omnino de observantia tran-
« smittendum Judicibus Delegatis in ipsis Remis
« sorialibus Litteris et sub Promotoribus in Lit-
« teris Promotoris ».

Cujusquidem juramenti formula in praefatis Decretis praescripta quoad Judices Notarium et testes registrata reperitur in dictis Remissorialibus Litteris, et respectu sub Promotorum est ea quae sequitur.

« Ego infrascriptus tactis SS. Dei Evangeliis
« coram me positis juro et promitto fideliter adim-
« plere munus mihi commissum circa fabricatio-
« nem Processus Apostolici super cultu nullate-
« nus exhibito Ven: Servae Dei Margaritae Bour-
« geoys Fundatrici Sororum Nostrae Dominae, si-
« ve super paritione Decretis Sa: Me: Papae Ur-
« bani VIII. de non cultu editis juxta formam De-
« cretorum Sacrae Rituum Congregationis et prae-
« cipue Novissimorum quae confirmata fuere a
« Ven: Servo Dei Innocentio Papa XI. nec non
« juro et promitto religiose servare Secretum tam
« de contentis in Interrogatoriis, quam de testium
« depositionibus super iisdem et super Articulis,
« nec de iis loqui cum aliqua persona exceptis Ju-
« dicibus, altero Sub Promotore, et Notario, pro
« eodem Processu Deputatis, sub poena perjurii
« et excommunicationis latae sententiae, a qua non-
« nisi a Summo Pontifice (excluso etiam Majori
« Poenitentiario) praeterquam in mortis articulo
« absolvi possim, et ita promitto et juro, sic me
« Deus adjuvet et haec Sancta Ejus Evangelia. »

Idcirco Vos Fidei Sub Promotores in solidum ut supra deputati curare debebitis et quilibet vestrum ad praemissa interveniens curare debebit ut antedicta omnia et singula exacte serventur. Sicut pariter Nobis in solidum expresse committimus et

mandamus ut post absolutum examen testium a Procuratore dictae Causae inducendorum instare debeatis, vel alter vestrum debeat, quod alii etiam informati testes de Cultu dictae Ven: Servae Dei illiusque memoriis et reliquiis non exhibito inducantur ex officio et examinentur juxta Interrogatoria per nos clausa et sigillata data, et in dictis Remissorialibus Litteris inclusu praevio juramento de veritate dicenda et secretum servando juxta formulam in enunciatis Litteris registratam.

Absolutis autem dictorum testium examinibus, integreque completo Processu antedicto Vobis insinuamus ut curare debeatis quod a delegato Judice dictarum Litterarum Remissorialium exequutore per ejus Litteras Sacrae Congregationis significetur quae fides iisdem examinatis testibus sit adhibenda, et an in deponendo aliquid viderit seu animadverterit per quod eorum aut alicujus illorum depositio suspecta reddatur.

Eminentiarum Vestrarum Illustrissimarum ac Reverendissimarum.

Datum Marianopoli, die prima mensis Aprilis 1880.

Paratissimus ab obsequia.

Eduardus Car. Episcopus Marianopolitanus.

Loco ✠ Sigilli.

NUM. XI.

Process. fol. 2. — Eminentissimi ac Reverendissimi Domini.

Praeclarum mihi concreditum ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Eduardo Carolo Fabre. Episcopo Marianopolitano munus, Processus nempe construendi superCultu nullatenus praestito Venerab. Servae Dei Margaritae Bourgeoys Fundatrici Congregationis Sororum Nostrae Dominae, alacri animo suscepi, nihilque reliqui feci nisi ut ex praestitutis hac desuper re normis absolveretur, quod me examussim jam praestitisse laetor. Morem enim cum gesserim S. R. Congregationis Decretis circa ea quae praeliminaria Processus audiunt, ad testium illico descendi examina, praesente semper, ut par est, sive utroque, sive alterutro S. Fidei Subpromotore et Notario in Actuarium adlecto. Primo itaque interpellati a me sunt testes a Causae Postulatore inducti, deinde caeteri a me *ex officio* vocati, iique omnes primum super Interrogatoriis a R. P. D. Fidei Promotore de Urbe in Actis datis, deinde super Articulis a Postulatore productis et in Litteris Remissorialibus S. R. Congregationis

1 Litterae R̃mi Judicis Subdelegati.

contentis. Qua de re nunquam omisi in antecessum solemnis cuique eorum indicere jurisjurandi religionem de veritate dicenda, secretoque servando, quae rursus iterata est in quolibet subsequentium sessionum actu. Caeterum in id incubui ne Processus usque ad illius publicationem alicui panderetur, qui clausus ad singularum sessionum calcem una cum interrogatoriis et depositionibus testium obsignatusque perstitit, neque nisi in insequenti testis examine apertus fuit. Omnibus tandem solemniis in hac Inquisitione expletis, confectum fuit actorum exemplar. Quod nisi cum autographo collatum ab Illustrissimo et Reverendissimo Episcopo Marianopolitano, et a me subscriptum, signisque illius ac mei munitum ad Vos Eminentissimos Patres per viam expeditionum publicarum expeditur.

De testium qualitatibus, cum ii ex una parte probi fideque digni, omnique exceptione majores deprehendantur, ex alia serio, accurate, et absque ulla haesitatione deposuerint, nihil est sane quod in eos animadvertendum occurrat.

Vestrum autem erit de Processu a me habito judicium ferre dum Vos enixe deprecor ne, si quid in ipso inopinato exciderit, mihi socordiae tribuatis, cum nil omnino praetermiserim ut omnia rite ac legitime fierent. Interim Eminentiarum Vestrarum sacram purpuram demississime osculor.

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum.

Marianopoli die prima mensis Aprilis 1880.

Paratissimus ad obsequia.

H. Moreau V. G. Iudex subdelegatus.

NUM. XII.

1 Litterae Sub Promotorum.

Process. fol. 3. terg. — Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Nos infrascripti Isidorus Gravel Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis Marianopolitanae, a circumspectione Vestra in S. Fidei subpromotorem deputatus, et Ioseph Lauzon, in S. Fidei subpromotorem pariter deputatus ab Illustrissimo ac Re-

verendissimo Episcopo Marianopolitano in Processu hic constructo Auctoritate Apostolica super Cultu nullatenus exhibito Ven. Servae Dei Margaritae Bourgeoys Fundatrici Congregationis Sororum Dominae Nostrae, quanti momenti esset munus nobis collatum statim sensimus. Ut igitur omnia juxta S. R. Congregationis Constitutiones et Litteras Remissoriales et Ven. Innocentii XI. Decreta fierent, ea qua par erat solertia sedulo incubuimus. Nunquam proinde hujusce Processus confectionis in quavis sessione defuimus, id est, sive nobis ambobus assistentibus vel alterutro nostri interessente, sicut et Reverendissimus Dominus Iudex subdelegatus semper praefuit. Omnes qui huic construendo Processui operam dedere jurejurando ex praescripta formula sese obligarunt tam rite obeundo muneri quam secreto servando. Testes insuper, uti fas est juramenti religione devicti sunt. Interrogatoria autem semper sigillis clausa una cum depositionibus retenta sunt, et in examine dumtaxat reserata.

Ut factorum insuper narratio a testium scientia minime obluderet et cujusvis notitiae causa in quovis depositionis articulo diligenter adnotaretur, intento animo operam dedimus. Praeterea testium a Postulatore inductorum examine confecto, alii *ex officio* advocati sunt, qui juxta Interrogatoria articulosque a Iudice examinati fuere.

Actis vero omnibus ab Actuario confectis, et documentis quae ad Causam spectant congestis, Processus exscriptus est. Exemplar postmodum seu transumptum coram Nobis et Iudice cum authographo collatum fuit, et hoc illi probe respondere novimus. Denique si de testium auctoritate nos interloqui sinas, id Illustrissimae ac Reverendissimae Circumspectioni Vestrae testari nobis fas est eos omnes morum integritate et prudenti judicio adeo pollere ut quamcumque mendacii vel erroris suspicionem amoveat. Quod vel ex ratione compertum habuimus qua interrogationibus respondebant. Nihil ergo modo restat nisi ut omnia haec subjiciamus sapientiae tuae.

Circumspectionis Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae.

Datum Marianopoli die prima mensis Aprilis 1880.

Paratissimi ad obsequia.

S. Gravel P. Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis Marianopolitanae in S. Fidei Subpromotorem Deputatus.

I. Lauzon Presbyter in S. Fidei subpromotorem Deputatus.

REVISA

Augustinus Adv. Caprara S. R. C. Assess. et S. Fidei Subpromotor.

i-

—
o-

m

s.

SUMMARIUM ADDITIONALE

NUM. I.

MARIANOPOLITANA
Beatificationis et Canonizationis
Ven. Servae Dei
MARGARITAE BOURGEOYS
Fundatricis Congregationis Sororum
Nostrae Dominae

Bme Pater

Cum anno 1875 Romam allatus fuerit Processus Ordinarius super Fama Sanctitatis Vitae et Virtutibus praefatae V. Servae Dei Marianopoli confectus, P. Telesphorus Harel, qui Romae erat, Causae Patronum elegit, qui supplices libellos exaravit pro aperitione Processus et deputatione interpretum, nomine ipsius P. Harel tamquam Postulatoris. Sed paulo post Marianopolitanus Episcopus accersivit eumdem P. Harel, quem in Cancellarium Episcopalem promovit; et tunc Moniales Congregationis Sororum Nostrae Dominae Marianopoli procurationis mandatum de Postulatoris munere Romae fungendo ad P. Arthurum Iulium Captier miserunt, qui Causam ante S. R. C. reapse postulavit pro Signatura Commissionis, uti ex Decreto apparet, et Remissoriales Litteras obtinuit pro conficiendo Processu super Non Cultu.

Itaque P. Harel cum nil prorsus Marianopoli fecerit in Ordinario Processu, quia Romae erat; et nihil pariter substantiale hic egerit, quia paulo post Marianopolim petiit, putavit idcirco bona fide obsecundare posse desiderio Marianopolitani Episcopi, scilicet exercendi Notarii munus in

Processu de *non cultu*, atque in altero *ne pereant probationes*.

Quae cum ita sint, cumque hodie a R. P. D. S. Fidei Promotore difficultas proponatur circa officia a praefato P. Harel exercita, hinc Postulator constitutus P. Arthurus Iulius Captier Procurator Generalis Congr. S. Sulpitii, humillime S. V. efflagitat ut sanare dignetur Acta Processus *non cultus* rogata a P. Harel, nec non Acta huc usque ab ipso gesta Processus *ne pereant probationes*, si quae forte irrita fuerint, et pro bono Causae veniam indulgeat ipsi P. Harel Notarii officium prosequendi, cum unus ferme sit in Marianopolitana Civitate Canadensis regionis, qui Notarii munus in Apostolicis processibus explere rite possit.

Quare etc.

DECRETUM

§§ 1. Decretum sanationis Actorum, et habilitationis R. P. Harel ad Notarii officium.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, audita relatione ac sententia R. P. D. Laurentii Salvati Sanctae Fidei Promotoris, de speciali gratia in exemplum non afferenda, benigne annuere dignatus est tam pro sanatione seu convalidatione Actorum, quam pro habilitatione supradicti P. Telesphori Harel, in omnibus juxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Iunii 1881.

Ita reperitur in Actis et Regestis Secretariae Sacrae Rituum Congregationis. In fidem etc.

Ex eadem Secretaria hac die 28 ejusdem mensis et anni

Pro R. P. D. Placido Ralli Secretario
Ioannes Canonicus Ponzi Substitutus.

Num. II.

§§ 2. Ordinatio Rmi. Episcopi Marianopolitani.

Eduard Charles Fabre
par la Grâce de Dieu et du Siége Apostolique,
Evêque de Montréal etc. etc.

Comme Nous désirons que rien ne soit fait soit en public soit privément, qui puisse être un

obstacle à la Cause de Béatification de la Vénérable Servante de Dieu Marguerite Bourgeoys, Fondatrice des Soeurs de la Congrégation de Notre Dame à Montréal, et comme il est venu à Notre Conneissance qu' un *Monitum* de la S. Congrégation des Rites de date récente enjoint de ne pas réciter ni distribuer des prières spécialement composées pous obtenir la Béatification des Serviteurs de Dieu:

Par le présent Dècret, Nous ordonnons que l' on enlève de suite des prières en français et en anglais intitulées: *Prière à la Très Ste. Vierge pour demander la Canonization de la Vènèrable Mère Bourgeoys – A prayer to the Blessed Virgin for the Canonization of the Ven: Margaret Bourgeoys.* –, qui sont placées en Eglise de Notre Dame de Pitié de Montréal sur le tombeau de la Vènèrable Servante de Dieu Marguerite Bourgeoys–, que l' on cesse de distribuer à l' avenir ces mêmes prières –, enfin, que l' on cesse de les réciter.

Ordonnons que le présent Décret soit communiqué à la Rñde Mère Supérieure Générale des Soeurs de la Congrégation de Notre Dame à Montréal, avec injonction de s' y soumettre et de transmettre des copies de ce même Décret aux differentes Maison Pensionnats, que sa Communauté possède dans ce Dioecése, et, aprés en avoir obtenu l' autorisation des Evêques respectifs, que ce même Décret soit expédié aux Maisons ou Pensionnnats, que la dite Communauté possède dans les Diocèses étrangers.

Nommons à l' effet de l' execution du présent Décret Mr. T. Harel, Notre Chancelier, lequel Nous rendra compte par Procès–Verbal de ce qui a été fait pour le mettre à execution.

Donné à Montréal, en Notre Palais Episcopal, le 19. jour de Septembre de l'année 1881, sous Notre Seing et Sceau et le ContreSeing de Notre Chancelier.

✠ Eduard Ch. Ev. de Montréal

Par Mandement de Monseigneur l' Evêque de Montréal.

J. Harel P.tre Chancelier

Num. III.

§§ 3.
Executio praefatae Ordinationis.

Eduard Charles Fabre,
par la Grace de Dieu et Siége Apostolique.
Evêque de Montréal

Nous Soussigné, Evêque de Montréal attestons par les présentes, que d'aprés les dèclarations de Notre Chancelier et les informations que Nous avons prises Nous-même, Notre Décret en date du 19 Septembre dernièr defendant de reciter, de distribuer une priére ayant pour titre: Prière à la Très Sante Vierge pour demander la Canonization de la Venerable Mère Bourgeoys. - A prayer to the Blessed Virgin for the Canonization of the Ven. Margaret Bourgeoys, et - ordonnant d' enlever la susdite prière du tombeau de la Ven. Servante de Dieu, a été mis à exécution dans ce Diocèse, et, avec la permission des Ordinaires respectifs, dans-le Diocèses où les Soeurs de la Congrégation ont des Maisons pour l' education des jeunes filles.

Evêché de Montréal, 17 Octobre 1881.

✠ Eduard Ch. Ev. de Montréal.

Augustinus Adv. Caprara S. R. C. Asscs.
et S. Fidei Subpromotor.

MARIANOPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

MARGARITAE BOURGEOYS

FUNDATRICIS CONGREGATIONIS

SORORUM NOSTRAE DOMINAE

ANIMADVERSIONES

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An sententia Judicis subdelegati a Rmo Episcopo Marianopolitano super cultu praefatae V.S.D. non exhibito, seu super paritione decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu, et ad effectum de quo agitur?

Eme ac Rme Domine.

1. Inquisitio qua de agimus Apostolica quidem Auctoritate executa fuit, in ea tamen in primis vitium irrepsit, quod Ordinarium quoque processum irritum fecisset. Scilicet per Decretum S. R. C. a sa.me. Pio Papa IX die 22. Decembris 1870 approbatum prohibitum fuit « *ne deinceps in condendis quibusvis Processibus tam Ordinariis, quam*

Apostolicis ad ejusdem Servi Dei Causam pertinentibus eadem persona diversis officiis, ne successive quidem, utcumque priori expleto et dimisso, fungi possit, sub poena nullitatis. » Porro in Actuarium Notarium huius Processus deputatus fuit R. D. Thelesphorus Harel, qui Acta deinde digessit (Informat. § 4, et proc. per tot). Atqui ipse idem est, qui antea Causae Postulatorem egerat, prouti legitur in procurationis mandato in Actis Cancellarii S. R. Congregationis exhibito, et in eiusdem S. Congregationis decretis. (Positio Introduct. Causae Summ. pag. 238, 239: Informat. § 177.) Ergo, hoc uno ex capite, totus processus nullus censendus est.

2. Non equidem dubito de huius viri bona fide, qui cum Causae Introductio signata fuit, iam ab officio cessaverat; verum de formae vitio res est, a quo neque bona fides excusat, iuxta Remissoriales litteras (Sum. pag. 16.); cumque lex ista ideo constituta fuerit, *ut causae . , . . . quae sunt inter maiores quae ad sedem Apostolicam deferuntur, absque ullo suspicionis naevo peragantur* », quemadmodum declaravit Clemens XII suo decreto 18 Augusti 1731, quo nullos esse statuit processus confectos a Religiosis ordinis eiusdem, cui Dei Famuli pertinuissent.

3. Nec desunt alii, minoris licet notae, defectus. Nedum enim praedictus R. D. Harel de sua deputatione in scribam processus ipse testatur (proc. fol. 196), verum et processus transumptum per publicum litterarum diribitorium ad S. R. Congregationem fuit transmissum, dum Remissoriales litterae, irritante clausula munitae, praescribunt transumptum hocce tradendum esse « *Nuncio seu Portitori deputando, cum iuramento et obbligatione de fideliter adsportando* » (Summ pag. 15).

4. Haec de forma: quoad *relevantiam* vero neque ipsi testes dissimulare potuere aliquot publici cultus actus erga memoriam Servae Dei praestari solitos. « Sono state collocate nella sala della Comunità delle lampade vicino al suo cuore, e questo per consiglio dell'Autorità Episcopale . . . oltre le lampadi vi erano dei ceri, si accendevan di quando in quando, ma soprattutto negli anniversari della sua morte. » ita testis IV. (Summ. pag. 65);

ac VII. « si è reso un culto privato al Cuore della Madre Bourgeoys, è stata fatta una novena dalle Suore della Comunità (ibi pag. 73). Quae sane omnia vetitum omnino cultum sapiunt. De lampadibus nulla omnino quaestio (vide Benedict XIV. lib. II. c. II. n. 10.); de corde autem notissima sunt eiusdem Pontificis verba « *Sacra Congregatio semper sensit idipsum non cultum minime laedere, modo vel ipsum cor aliquo in conditorio repositum secreto custodiatur, nec in loco aliquo exponatur occasionem cultui praebente* » (ibid. Cap. 13. n. 6.) Hae cautelae nedum in re nostra nullatenus apparent adhibitae, sed neque in iudiciali recognitione praescriptae – (Summ. pag. 87, 88.)

5. Dices testem superius memoratum addidisse « questo è cessato da più anni – al presente ciò è cessato » (loc. cit.) At non consentiunt ceteri. Nam III diserte admonet « la divozione che si aveva per essa (V. S. D.) consisteva a dire alcune preghiere in suo onore, sia presso le spoglie della Venerabile, sia altrove, col fare delle unzioni coll'olio della lampada che ardeva al di sopra della tomba, e sopra un piccolo monumento eretto al di sopra dei suoi resti, che sono inumati nella sepoltura di questa Cappella. Detta devozione *consiste in oggi* nelle medesime prattiche « (Proc. fol. 100). Ac deinde « so che qualche volta nella nostra Communità accendiamo ceri e lampadini intorno ad una statua della B. Vergine, essendovi il busto della Madre Bourgeoys al di sotto » (ibid. fol. 105). Idipsum tradit testis VI (fol. 154). Negat pariter abscisse testis III. « non le è stato mai dato il titolo di Beata » (Summ. pag. 60. § 15). Quid alii ? « la qualifica di santa, ita II, è ripetuta parecchie volte nelle sue vite » (proc. fol. 89 terg.) Item VII. (Summ. pag. 74. § 82). Item I (proc. fol. 76 terg. 77).

6. Sed enim concludentissima sit oportet probatio cuiuslibet cultus absentiae quoad locum ubi corpus Servorum Dei requiescit. Sint nec ne vere V. Servae Dei lipsana ea quae modo in Ecclesia D. N. septem dolorum asservantur, non quaeram, quamvis (obiter dicam) hac de re non parum dubitari possit (Vide proc. fol. 86; 104 terg, et alibi). Attamen quod cultum attinet, animadverti debet duplex eo loci adesse

monumentum; scilicet in parte superiore Ecclesiae cenotaphium, piramidis instar, quod accurate in Summario describitur (ibi pag. 82, 83;); subtus vero in crypta, quaedam laterum congeries, super qua – situm est monumentum ex ligno confectum eiusdem formae ac monumentum in Ecclesia supra positum . . . . . id est locus ubi depositum est corpus Ven. Servae Dei, quod in media congerie nec a quaque parte visibile inseritur. – (Summ. pag. 84, 85). Porro de luminibus superiori illi cenotaphio appositis iam supra tetigi: ac de ipsa ratione sepulcri, num eadem decretis praesertim Sancti Pii V omnino cohaerat, valde dubito.

7. Sed enim praeterea « in basi . . . . supradictae pyramidis videntur appensae quaedam orationes linguis Gallica et Anglica compositae, quarum exemplaria hic dantur » (Summ. pag. 83, § 2). Est autem haec « una preghiera stampata ed approvata dall'Autorità Ecclesiastica per domandare la sua Beatificazione e Canonizazione, (V. S. D.) e della quale ne sono state distribuite più di quattromila copie » (ibid pag. 64. § 29). At enim, nedum hae preces cenotaphio illi appendi non debent, sed neque distribui ac recitari. Id enim similibus in casibus omnino prohibuit Sacra haec Congregatio, et preces suppressit. Puto equidem prohibitiones eiusmodi ad notitiam Marianopolitani Episcopi minime pervenisse, secus enim nullatenus preces earamque diribitionem approbasset; verum haec modo omnino facessant oportet, ut de cultus vetiti absentia, ac de obedientia sa: me: Urbani VIII. decretis omnino praestita plene constet.

Quae tamen dicta sint sub censura, salvo etc.

Laurentius Salvati S. C. Adv. S. Fidei Promotor.

MARIANOPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

MARGARITAE BOURGEOYS

RESPONSIO

AD ANIMADVERSIONES

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An sententia Iudicis subdelegati a Rmo Episcopo Marianopolitano super cultu praefatae V. S. D. non exhibito, seu super paritione decretis sa. me. Urbani Papae VIII. sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?

Eme. ac Rme. Domine.

1. De Processus forma primum agens Rmus Fidei Promotor in suis animadversionibus, adnotat R. D. Thelesphorum Harel a Marianopolitano Episcopo in Actuarium Notarium pro hoc Processu de Non-Cultu deputatum esse; et cum in anteacto Iudicio super fama sanctitatis vitae et virtutibus, pro signatura Commissionis, Postulatoris munere functus fuerit; hinc Notarii officium exercere non poterat in sequenti Processu super Non-Cultu, quia juxta Decretum anni 1870. prohibitum « ne « *in condendis Processibus* tam Ordinariis quam

« Apostolicis ad ejusdem Servi Dei Causam pertinentibus, eadem persona *diversis officiis*, ne « successive quidem, utcumque priori expleto et « dimisso fungi possit, sub poena nullitatis ». Fatetur tamen ipse Fidei Vindex nullimode dubitare « de hujus viri bona fide, qui cum Causae « introductio signata fuit jam ab officio cessaverat ». At pro rei veritate non solum ab officio cessaverat, sed *nullam partem* egit in anteacto Processu pro signatura Commissionis. Re quidem vera, cum Ordinarius Processus super fama sanctitatis vitae et virtutibus Ven. Margaritae Bourgeoys Marianopoli construeretur, R. D. Thelesphorus Harel *Romae degebat*. Allato autem eo Processu in Urbem anno 1875, tunc per paucos tantum menses Sacerdos ille Postulatoris partes seu Agentis sumere coepit. Nam a Marianopolitano Episcopo arcessitus, Marianopolim petere debuit mense *Iunio* ejusdem anni, et sua vice sub finem anni 1877. Romae electus *R. P. Arthurus Iulius Captier* Proc. Gener. Congr. S. Sulpitii, uti patet ex ipsa *Respons.* super Introd. Causae, et ex edito *Decreto*, nec non ex Remissorialibus *Litteris* (1).

Anim. § 1. 2.

2. Cum itaque R. D. Thelesphorus Harel nullam partem Marianopoli habuerit in primo Processu super fama sanctitatis vitae et virtutibus, nonne poterat Marianopolitanus Episcopus eum in Notarium eligere pro Apostolico conficiendo Processu super Non-Cultu? Decretum a Censore relatum anni 1870. loquitur *de condendis Processibus*: « Ne deinceps *in* « *condendis* quibusvis Processibus . . . . . *eadem* « *persona diversis officiis*, ne successive quidem « utcumque priori expleto et dimisso fungi possit ». Quamobrem si R. D. Harel in priori Processu super fama sanctitatis munere aliquo functus fuisset, *tunc* in subsequenti Processu de Non-Cultu Notarii munus obire nequivisset, juxta Decretum. At ipse nullam in primo Processu partem suscepit, quia *Romae* moraretur; ergo

---

(1) Vide Respons. sup. Introduc. Causae pag. 91. et Decretum in *Summ. Num. I.* nec non Litteras Remissoriales pag. 7. § 3.

poterat in secundo Processu Notarii officium exercere.

5. Nè dicat Censura R. D. Harel Romae, licet brevi tempore, Postulatoris partes egisse; et cum Causae isthaec « absque ullo suspicionis naevo peragi « debeant » quemadmodum declaravit Clemens XII in suo Decreto, quo nullos esse statuit Processus confectos a Religiosis *ejusdem Ordinis* cui Dei Famuli pertinuissent, hinc videtur praefatum Rev. Sacerdotem non potuisse deinceps Notarii munere fungi. Ni fallor, allatum a Censore exemplum ad rem nostram non confert. Religiosi enim ejudem Ordinis ac Dei Famuli *ejusdem familiae* proprie censentur; propterea que egregie Pontifex id prohibuit, ut hujusmodi Causae « absque ullo « suspicionis naevo » peragantur. Hinc in testes tantum admittuntur quando agitur de gestis Servorum Dei intra septa monasterii, de quibus externi non poterant esse informati (1). Sed Rev. Sacerdos Thelesphorus Harel *exterus* omnino erat Congregationi Servorum Nostrae Dominae Marianopoli. Adde ipsum, Romae cum per paucos menses Agentis munere susceperit, *praeliminaria* tantummodo ad Causam egisse *ante* Iudicii *contestationem*, idest ante R. P. D. Promotoris Animadversiones. Adde autem hujusce viri probitatem, ejusque *juramentum* ad Notarii munus fideliter adimplendum. Adde demum Marianopolitanum Episcopum in *suum Cancellarium* laudatum Sacerdotem constituisse, qui Notarius *natus* jure dicitur; quin dicam ipsum in Marianopolitana civitate Canadensis regionis unum ferme esse qui Notarii munus in hujusmodi Processibus Apostolicis conficiendis explere rite possit.

4. Utcumque tamen res sit, cum ante hasce R. P. D. Fidei Promotoris Animadversiones, ipse Marianopolitanus Episcopus plena bona fide, uti ipsemet testatus est, in Notarium constituerit eumdem Rev. Sac. Harel, virum probitate eximium, pro conficiendo altero Processu Apostolico « ne pere« ant probationes » *Smum. D. N.* humillime

---

(1) Benedict. XIV. Lib. III. Cap. 7. num. 17.

efflagitavimus tum pro illius habilitatione, tum pro sanatione Actorum; quod Summus Pontifex *benigne annuere* dignatus est, die 13. Iunii 1881. uti in *Summ. Addit. Num. 1.* patet.

Anim. §§ 3. 5. Minoris notae defectus in Processu non deesse inquit Fidei Vindex, et duos invenit. Primo quidem Rev. Harel de sua deputatione in scribam Processus testatum esse; secundo transumptum per viam expeditionum publicarum ad S. R. Congregationem fuisse transmissum, non vero per portitorem ad hoc deputatum. Ad primum reponimus: cum Tribunal *in prima* Processus *sessione* constitutum fuerit, una cum Notario Actuario et Nuntiis, testatus est de electione horum virorum Notarius alter Ecclesiasticus, uti de more (1). At *scribae*, qui Processus transumptum conficere debent post publicationem Processus, electi fuere a Iudicibus in sessione vigesima quarta, in qua Notarius ille Ecclesiasticus jam ab officio cessaverat, cum tantum acta primordialia primae sessionis excribat. Hinc Rev. Harel Actuarius Notarius de sua deputatione in scribam, una cum adjuncto R. D. Paulo Leblanc, debuit in ea sessione *vigesima quarta* testari, in qua juramentum etiam *coram Iudicibus* illi praestitere de munere scribae sibi commisso fideliter adimplendo (2). Et postea cum iis tradita fuerint Acta transcribenda, tum *Iudex*, tum *Promotor Fiscalis* rogitum *subscripserunt* (3). Quid igitur refert si Notarius Actuarius de sua deputatione in scribam, una cum adjuncto, testatus sit, si *Iudices ipsi* de hac deputatione fidem perhibuerunt? Iudex autem ac Promotor Fiscalis, post expletam transumpti collationem, suis subscriptionibus *confirmarunt* omnia a praefatis scribis acta » cum suo proprio « originali *concordare*, eidemque exemplo seu tran- « sumpto Processus adhibendam fore et esse « plenam et indubiam fidem » (4).

---

(1) Vid. Summ. pag. 29. 30. § 20. 21.
(2) Process. fol. 196. 197.
(3) Process. fol. 198.
(4) Process. fol. 222. 223.

6. Si vero portitor electus non fuit, perspicua res est. In postrema enim Processus sessione *coram Rm̃o Episcopo* legitur: « Comparuit R. D. Andreas « Nercam (Postulator) ac reverenter petiit et in- « stitit *deputari portitorem* qui praefati Pro- « cessus transumptum ad S. R. Congregationem « deferat. Et tum Illm̃us ac Rmus Episcopus « Marianopolitanus, videns quod tempus urgeat « Romam mittendi transumptum praedictum, « quodque *inveniri non possit quisquam qui* « *portitoris officio fungatur*, rursus *attentis ex-* « *pensis gravioribus quae occurrent* si talem « portitorem ipse vel moniales Congregationis Do- « minae nostrae Romam mittere deberent, oppor- « tunum bonumque judicavit transuptum praedi- « ctum mittendum esse in Urbem ad S. R. Con- « gregationis Secretarium directum per viam ex- « peditionum publicarum. Mandavit etiam ut, « apposita ad calcem legalitate Illm̃i ac Rmi Epi- « scopi et sigillo ipsius firmata, atque eodem « transumpto *clauso et sigillo ipsius Illm̃i et* « *Rm̃i Episcopi a parte exteriori munito*, « eidem transumpto apponatur subscriptio etc. « Injunxitque ut transumptum hoc una cum supra- « dictis plicis litterarum tradam *Domino Magistro* « *praeposito expeditionibus publicis*, et de hac « traditione conficiam *separatum Instrumentum* « publicum in forma, *et hoc etiam Instrumen-* « *tum, intra involucrum transuptum continens* « *eidem tradam* ». (1). Instrumentum hoc inventum reapse est in involucro transumpti, qui, *clausus sigillisque munitus*, integre intra ligneam capsam S. R. C. pervexit, uti fidem perhibet Illm̃us Cancellarius qui *sigilla* juxta morem *recognovit*, et Processum eumdem coram Rm̃o Protonotario Apostolico rite aperuit. Ipse namque Cancellarius testatus est in fine copiae publicae hujus Processus: « Testor ego subscriptus praesentem copiam publicam « fideliter extractam et exemplatam fuisse *ab* « *authentico transumpto* Processus auctoritate

---

(1) Process. fol. 227. et terg.

« apostolica constructi in Curia Ecclesiastica Ma-
« rianopolitana *clauso et sigillato*, in Actis Sac.
« Rit. Congr. praesentato, et successive in vim
« Decreti SSmi Dñi Nostri Leonis Papae XIII.
« servandis, nempe *recognita illius legalitate*,
« aperto » (1). Coeterum necessitas postulavit ut per viam expeditionum publicarum, quae tutissima est, Processus in Canadensi regione confectus Romam deferretur. Ipse Rev. Fidei Promotor ignorare non potest plures huiusmodi casus evenisse, quin obstaculum aliquod facesissent. Omnes adhibitae fuerunt diligentiae ut maxima accuratione ac securitate Processus Romam sigillis munitus mitteretur, quod eventus omnino comprobavit.

Animad. §§ 4. 5.

7. Ad relevantiam Processus pergamus. Inquit Censor noster « testes dissimulare non potuisse ali-
« quot publici cultus actus erga memoriam Servae
« Dei praestari solitos ». *Lacinias* vero nonnullorum testium in medium affert, cum integer textus contra eum faciat. Revera testem IV. affert, qui haec deposuit: « Sono state collocate nella
« sala della Comunità delle lampade vicino al
« suo cuore, e questo per consiglio dell' Autorità
« Episcopale, essendo questo cuore posto al di
« sotto *della statua della Santa Vergine*; la
« nostra intenzione era *di onorare la Santa*
« *Vergine*, unendoci colla nostra Madre ». Nihilominus subdit ipsa testis: « *Questo* È CESSATO
« *da più anni* » (2). Et rursus: « Oltre le lam-
« pade *vi erano* dei ceri, si *accendevano* queste
« lampade e questi ceri di quando in quando ».
Sed « *al presente* CIÒ È CESSATO » (3). Et ipsa testis: « L' Autorità Episcopale ci aveva detto
« *da principio* di pregarla in famiglia. Questa
« medesima Autorità avendoci detto che *era me-*
« *glio cessare*, noi ci siamo contentate di pre-
« garla *in particolare*, ed è questo che al *pre-*
« *sente* si fà » (4). Pariter affert Censor testem

---

(1) Process. fol. 229 ter.
(2) Snmm. Num V. pag. 65. §. 33.
(3) Summ. Nnm. V. pag. cit. §. 34.
(4) Summ. Num. V. pag. 62. §. 22.

VII. qui ita ait: « Per quanto sappia, *si è reso* « un culto *privato* al cuore della madre Bour« geoys, *è stata fatta* una novena dalle suore « della mia Comunità *in particolare* e NON *in* « *comune* per domandare la guarigione di una « delle nostre suore malata ». Nihilo tamen minus étiam hujusmodi cultus obsolevit. Nam testis ipsa pone subdit: « *Da questo tempo,* io non ho « avuto contezza di alcun segno di culto per il « cuore della Serva di Dio » (1). Et ipsamet confirmat nunquam factam fuisse « *alcuna cosa che* « *potesse essere interpetrata come segno di* « *un culto publico ed ecclesiastico* verso la « Ven. Serva di Dio » (2).

8. Cognovit haec Censor amplissimus, propterea que nil aliud animadvertere poterat quam coeteros testes cum iis non consentire. Curnam? quia testis III. deposuit: « *La divozione* che si aveva « per essa *consisteva* a dire alcune preghiere « in suo onore, sia presso le spoglie della Vene« rabile, sia altrove, col fare delle unzioni « coll' olio della lampada che *ardeva* al di sopra « della tomba e sopra un piccolo monumento « eretto al di sopra dei suoi resti, che sono inu« mati nella sepoltura di questa cappella. Detta « *devozione* consiste in oggi nelle medesime pra« tiche. So che qualche volta nella nostra Co« munità *accendevamo* (non « accendiamo » *al*« *lumions*) (3), ceri e lampadini intorno ad una « statua della B. Vergine, essendovi il busto « della Madre Bourgeoys al di sotto. Ciò *si è* « *fatto* frequentemente alle feste della S. Vergi« ne ed in quelle della nostra casa, *ma ciò non* « *si fa presentemente* » (4). Quod omnino cohaeret cum supra allatis testibus: « *Questo è ces*« *sato da più anni* » (5). Al presente *ciò è ces-*

(1) Summ. Num. V. pag. 74. 75. §. 77.
(2) Summ. Nnm V. pag. 76. §. 89.
(3) Process. Orig. fol. 171.
(4) Process. fol. 105.
(5) Summ. cit. pag. 65. §. 33.

« *sato* » (1). Si autem adducta a Censore testis III. dixit: « *La divozione* che si aveva per essa « *consisteva* a dire alcune preghiere in suo ono- « re, sia presse le spoglie della Venerabile, sia « altrove » et postea: « *Detta* divozione *consiste* « *in oggi* nelle medesime pratiche » evidenter loquuta est tantum de hodierna *privata* devotione quae antiquae respondet, nempe: « a dire al- « cune preghiere in suo onore sia presso le spo- « glie della Venerabile, sia altrove ». Quoad vero ad unctiones coll' olio della lampada che *ar-* « *deva* » id obsolevit: uti non solum ex aliis testibus liquet, nec non *ex ipsa testis III* depositione de absentia lampadum circa sepulcrum V. S. D: « *non vi sono nè lampade*, nè ceri, né « ex voto *presso la sua tomba* » (2); verum etiam ex *judiciali* sepulcri *descriptione*, in qua *nulla mentio* fit de *lampade*. Ita enim legitur: « Rm̃us « Judex subdelegatus una cum supradicto Fidei « Subpromotore visitarunt totam supradictam eccle- « siam, inspiciendo singulas ejus partes, columnas, « capellas, altaria, icones, statuas et imagines in « ea existentes, et viderunt ac diligenter obser- « varunt ac recognoverunt, et ipse Fidei Subpro- « motor vidit et recognovit *neque* circa Servae « Dei monumentum praedictum, *neque* per to- « tam ecclesiam adesse statuas et picturas prae- « dictae Ven. Servae Dei Margaritae Bourgeoys « cum aliquo cultus et venerationis signo, NEQUE « tabellas votivas, donaria, LAMPADES, cereos, « inscriptiones etc. » (3). Depositio denique testis VI. a Censura indicati, haec est: « Nella sa- « la della Communità delle Suore vi è un picco- « lo monumento in metallo, che mi è stato detto « contenere le reliquie del cuore della Serva di « Dio. Sulla tavola vi era una statua della Santa « Vergine, ed a piedi di questa statua *si collo-* « *cavano* lumi, ceri e lampade, ma credo che « questi lumi *erano posti* là sù, in onore della

(1) Summ. cit. pag. cit. § 34.
(2) Sum. Num. V. pag. 61 § 17.
(3) Summ. Num. VII. pag. 84. §. 3.

« SSma Vergine. Ciò che mi ha fatto credere « questo, è che, senza che il detto monumento vi « fosse, *si accendevano* questi lumi avanti la « statua della SSma Vergine » (1). Confirmat igitur testis lumina hodie non adesse, quemadmodum fassi sunt alii testes, quorum depositiones retulimus in superiori § 7.

9. Prosequitur Censura animadvertens testem III abcisse dixisse: « non le è stato mai dato il titolo « di Beata » sed alios deposuisse: « la qualifica « di Santa è ripetuta parecchie volte nelle sue « vite ». Ab egregio Censore petimus cur testium depositiones *mutilatas* afferat? Depositio enim testis III. quae in Summarii tabulis patet, quaeque cum coeteris apprime consonat, haec est: « Sono stati fatti degli elogii della Madre Bour- « geoys, *ma si è dichiarato di sottomettersi al* « *giudizio della Santa Sede*; non le è stato « mai dato il titolo di Beata, e se nei primi tem- « pi le è stata data la qualifica di Venerabile, « ciò era per un modo oratorio e *senza voler* « *prevenire il giudizio della Santa Sede* » (2). Pariter testis alter ex adverso adductus: « La « qualifica di Santa è ripetuta parecchie volte « nelle sue vite, ma gli Autori si adoperarono in « una maniera oratoria, *sottomettendosi in questo* « *punto al giudizio della Chiesa* » (3). Nec dissimili modo testis alter allatus: « Io ho letto « in diverse vite di questa Venerabile Suor Mar- « gherita Bourgeoys dove essa era trattata come « Santa, ma in una maniera *puramente orato-* « *ria, ed io non ho letto in alcuno scritto che essa* « *sia trattata come beatificata o canonizzata*; « questi scrittori non pretendevano decidere ed « affermare la cosa, nè si erigevano a Giudici in « questa questione » (4). Denique testis VII: « Leggendo la sua vita, viene qualificata qualche « volta come Santa o Beata, ma è un modo di

(1) Process. fol. 154.
(2) Summ. Num. V. pag. 60. §. 15.
(3) Process. fol. 89 terg.
(4) Process. fol. 76. terg. et 77.

« parlare, e *gli Autori hanno fatto* LA LORO « PROTESTA *di non volere prevenire il giu-* « *dizio della Santa Sede* » (1). Cum hisce testibus coeteri etiam concordant. Ita IV : « I « suoi Biografi nelle vite che ho letto, *hanno* « *fatto la* DICHIARAZIONE *che essi non vo-* « *levano prevenire il giudizio della Santa* « *Sede* » (2). Similiter V, ut coeteros praeteream: « Mi ricordo di aver letto nei Biografi della « Serva di Dio, che ESSI DICHIARANO *di non* « *voler prevenire il giudizio della Santa Sede* « *riguardo alla Serva di Dio* » (3).

10. Cineres cordis V. S. D. primum in pariete Oratorii costodiebantur, et in ipso Oratorio ejus effigies aderat; sed sublata fuit consilio Ecclesiasticae Auctoritatis, quemadmodum cor ipsum in aulam Communitatis deinde translatum. Ita testis IV: « Quando sono entrato nella Comunità vi « era in un Oratorio riservato alla Comunità, in « un luogo dove il suo cuore era stato deposto, « una imagine della Serva di Dio, *ma l' Auto-* « *rità Ecclesiastica, avendoci fatto osservare* « che non bisognava lasciare questa immagine, *noi* « *l' abbiamo tolta* » (4). Et altera: « Noi abbiamo avuto da principio il suo cuore nell' ala di « muro della Cappella, ed il suo ritratto di fron- « te, per indicare dove esso si trovava, *ma il* « *tutto è stato tolto verso il mille ottocento* « *cinquantasette* » (5). Hodie enim reliquiae co lis V. S. D. in Communitatis aula custodiuntur, absque ulla publici ecclesiastici cultus significatione: « è chiuso in una custodia *nella sala* « *della Comunità* » (6). In angulo hujus cubiculi herma V. S. D. aspicitur » qui tamen nullis « aureolis vel signis quibuscumque venerationis

---

(1) Summ. Num. V. pag. 74. §. 82.
(2) Summ. Num. V. pag. 66. §. 41.
(3) Summ. Num. V. pag. 70. §. 61.
(4) Summ. Num. V. pag. 65. §. 31.
(5) Summ. Num. V. pag. 60, §. 14.
(6) Summ. Nlm. V. pag. 62. §. 21. alibique.

« ornatur » uti patet ex judiciali descriptione (1). Fidei Vindex loquens de hisce cordis V. S. D. reliquiis, fatetur Sacram Congregationem semper sensisse ea « *non cultum minime laedere*, modo « vel ipsum cor aliquo in conditorio repositum « secreto custodiatur, nec in loco aliquo exponatur occasionem cultui praebente ». Et ipse Benedictus XIV., cujus haec verba mutuatus est Censor, exempla attulit, inter quae, ait: « Dum fungebar munere fidei Promotoris, etsi in Causa « S. Vincentii de Paulis, et Ven. Servi Dei Innocentii XI. ipse opposuissem eorum corda fuisse a corporibus separata et *peculiaribus in* « *custodiis servata*, cum tamen Postulatores probassent numquam ea fuisse *ad venerationem* « *exposita*, Sacra Congregatio Sententias latas « ab Ordinariis super non cultu approbavit » (2). Duo itaque conditiones a Benedicto XIV. requisitae, videlicet ut cor in peculiari conditorio custodiatur, nec ad venerationem exponatur, adamussim inveniuntur in casu nostro. Enim vero declarant testes: « Le ceneri suddette (nempe « cordis V. S. D.) sono conservate in un cuore « di argento, *che è chiuso in un piccolo mo-* « *numento* di rame dorato. Il cuore di argento « è stato sigillato per mezzo dell' Autorttà Ecclesiastica. *Questo piccolo monumento è chiuso* « *in una custodia nella sala della comunità* » (3). Et in ipsa judiciali descriptione hujus cubiculi legitur: « Aperta dicta porta, videre fuit parvam custodiam, seu thecam ex metallo deaurato et varie ornato confectam, cum basi « ejusdem materiae, super qua habetur forma « sexagona alta septem pollicibus cum cruce terminata; *in pariete* (custodiae) *adest porta clavi clausa*, quae clavis ordinarie a Matre Superiorissa tenetur; *aperta vero hac porta, in interna theca* « *inventa est alia theca minor, formam cordis* « *praebens, argento confecta et clausa cum lar-*

(1) Summ. Num. VIII. pag. 88. §. 7.
(2) Lib. II. Cap. 13. num. 6.
(3) Summ. Num. VI. pag. 62. §. 21. et alibi.

« *go funiculo setae etc.* (1). Judices autem, omnibus in cubiculo inspectis, declararunt: « *nihil* « *esse quod cultum et venerationem publicam* « *ecclesiasticam erga Ven. Dei Famulam re-* « *doleat* » (2).

11. Testes insuper unanimes fatentur hasce cordis reliquias nullo publico cultu potiri. « *Non esiste* « *alcun segno di culto per questo cuore* ». Pariter: « *Non è stato mai messo sugli altari* « *nè mai portato nelle preghiere o processio-* « *ni* » (3). Adest tantummodo *privata* devotio erga V. S. D. cor « a cagione dei ricordi che richia- « ma alla memoria » sed absque publici cultus significatione: « MA SENZA ALCUN SEGNO DI « CULTO PUBBLICO (4). Quod confirmant testes ex officio. Primus namque ait: « *Questo pic-* « *colo monumento sta nella sala di ricreazio-* « *ne. Io non ho* MAI VEDUTO *alcun segno* « di culto liturgico verso questi resti della Serva « di Dio » (5). Et alter ex officio: « *Oggidi que-* « *sti resti*, sono religiosamente conservati, ma SEN- « ZA ALCUN SEGNO *di culto publico* » (6).

Animadv. § 10.

12. De corpore V. S. D. modo Censura loquens, quamvis obiter adnotet non parum dubitari posse de ejus authenticitate, animadvertit tamen quoad cultum, duplex adesse monumentum, scilicet in parte superiori ecclesiae cenotaphium piramidis instar, subtus vero in crypta, quaedam laterum congeries super qua situm est monumentum ex ligno confectum, ejusdem formae ac monumentum in ecclesia supra positum. Et concludit: « de lumi- « nibus superiori cenotaphio appositis jam supra « tetigi, ac de ipsa ratione sepulchri num eadem « decretis praesertim S. Pii V. omnino cohaereat « valde dubito ».

13. Ordinatim procedamus. Quod obiter adnotat Cen-

---

(1) Summ. Num. VIII. pag. 88. in princ.
(2) Summ. sup. cit. §. 7.
(3) Summ. Num. V. pag. 58. §. 5. pag. 60. §. 14.
(4) Summ. Num. V. pag. 58. §. 5. pag. 62 §. 21.
(5) Summ. Num. V. pag. 71. §. 64.
(6) Summ. Num. V. pag. 75. §, 84.

sura de authenticitate corporis V. S. D. supervacaneum est, ejusque authenticitas confirmata fuit ab antiquo Marianopolitano Episcopo: « *Monsi-* « *Bourget ha constatata ufficialmente l' autenticità del corpo* » (1); et ipse Medicus declaravit: « Sono rimasto convinto che erano bene i « i resti della Venerabile Bourgeoys quelli che « allora esaminava » (2). Quod cultum attinet, jam supra ostendimus minime apposita esse lumina superiori cenotaphio. Nam: « *non vi sono nè* « *lampade, nè ceri* nè ex voto *presso la sua* « *tomba* » (3). Et id omnino confirmatur *in judiciali ecclesiae visitatione* (4). Denique circa Censoris dubium, an scilicet sepulcri ratio cohaereat decretis S. Pii V., omnes sciunt Sanctum hunc Pontificem decrevisse ne defunctorum corpora supra terram sepelirentur. At corpus V. S. D. *in subteraneo* sepultum est, ubi pariter corpora jacent aliarum Antistitarum Congregationis. Si vero in superiori ecclesia adest parvum monumentum (5), hoc minime praefert vetiti cultus signum. Summus Pontifex Benedictus XIV. scite adnotat: « *toleratum* alias *fuisse a Sacra Con-* « *gregatione cenotaphium in ecclesia supra* « *terram elevatum*, dummodo corpus esset sub « humo reconditum; et hoc sensu processit eadem « Sacr. Rituum Congregatio in Causa Servae Dei « Ioannae Franciscae Fremiot de Chantal, dum « fungebar munere Fidei Promotoris ». Quin imo subdit Pontifex, Sac. Congr. alias etiam permisisse ut intra ecclesiam corpus ubi erat permaneret, « *licet esset supra humum elatum*, modo tamen « quodcumque signum cultus abesset » (6).

14 Quoad vero precem, quae appensa videbatur in ba- Animadv. § 7.

(1) Summ. Num. VI. pag. 78. in princ.
(2) Summ. Num. V. pag. 68. §. 47. — Vide autem demonstrationem authenticitatis corporis V. S. D. *pag. 78. §. 7 et seqq.*
(3) Summ. cit. Num. V. pag. 61. §. 17. alibique.
(4) Summ. cit. Num. VII. pag. 84. §. 3.
(5) Summ. Num. VII. pag. 82. §. 1.
(6) Lib. II. Cap. 12. num. 14.

si parvi monumenti « *una preghiera stampata* « *ed approvata dall' autorità Ecclesiastica* per « domandare la sua Beatificazione e Canonizazione » (V. S. D.) cujus exemplaria diribita fuere, inquit fidei Vindex eam ne dum cenotaphio appendi non posse, sed neque distribui ac recitari. At ipsemet fatetur: « *puto equidem prohibitiones ejusmodi* « *ad notitiam Marianapolitani Episcopi minime* « *pervenisse* ». Et revera Marianapolim pervenire minime potuerunt, cum prohibitio hujusmodi recens sit; tamen vix dum pientissimus Marianapolitanus Episcopus de hac prohibitione certior factus fuit, illico operam navavit non solum ut ea typis edita prex a monialium ecclesia auferretur, verum etiam, uti ipsemet edixit: « *que l' on cesse de* « *distribuer à l'avenir* ces mêmes prières, *que* « *l'on cesse de les reciter* ». (1). Quae Episcopi ordinatio omnino impleta est (2), ceu in Additionali Summario patet.

15. Quae huc usque disseruimus, ni fallimur, satis superque sunt ut cuique pateat eximii Censoris obiecta Causae nostrae minime offecisse. Nil reliquum est igitur quam EE. PP. exorare ut pro sua sapientia declarent sufficienter decretis sa. me. Urbani PP. VIII. paritum fuisse, sententiamque Iudicis a Marianapolitano Episcopo subdelegati confirment, prout cum Causae Postulatore R. P. Arthuro Iulio Captier Proc. Generali seminarii Sancti Sulpitii obsequentissime adprecamur.

Quare etc.

IOANNES BAPT. MINETTI.

REVISA

Augustinus Adv. Caprara S. R. C. Asses.
et S. Fidei Promotor.

---

(1) Summ. Addit. Num. II.
(2) Summ. Addit. Num. III.